Verso I

2.17

Conlaudate deum populi gentesque benignum
Cuius inundantem miseratio sustinet orbem
I facile validum mensura et pondere mundum
Per diversa movet cum per se immobilis exstet
Tempora cuncta ligat solus sine tempore regnat
Acta regit regum semper sibi constat id ipsum
Expedit ut trinum benedicat machina trina
Terra polus pelagus nec non quod constat in illis
Credat adoret amet timeat colat ornet honoret
Iamque coronatam terrenis cultibus aulam
Atque manufactum laudemus ab ordine templum
Conditur hoc solum quo confugiatur asylum